



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

407. Qualiter Episcopus ex communicare infideles debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

358 R E G I N O N I S L I B . II .
la ecclesiastica indulgenter permittit. Pro tanto enim habetur sacerdotem ab officio removere pro quanto laicum à communione Ecclesiae cessare. Nam unde laici excommunicantur, inde Presbyteri ab officio altaris submoventur. Require cap. C C L X X X I X .

Qualiter Episcopus excommunicare infideles debeat. Unde suprà.

Burchard. lib.
II. c. 2. ex
Concilio Ro-
tomag.

C C C C V I I . Episcopus , cùm excommunicare vel anathematizare aliquem infidem pro certis & manifestis sceleribus dispositum habet , post lectionem evangelij clerum & plebem ita debet alloqui.

A L L O C U T I O

Burchard. lib.
II. c. 2. & a-
pud Centuria-
tores centur.
10. cap. 6.

C C C C V I I I . Noverit caritas vestra, fratres mei , quòd quidam vir nomine ille diabolo suadente postponens Christianam promissionem quam in baptismo professus est , per apostasiam conversus post Satan , cui abrenuntiavit & omnibus operibus ejus , vienam Christi , id est , Ecclesiam ejus , devastare & deprædare non pertimescit , pauperes Christi , quos pretioso sanguine suo redemit , violenter opprimens & interficiens , & bona eorum diripiens. Unde quia filius nostræ Ecclesiae , cui Deo auctore præsidemus , debuerat esse , quia in ea per aquam & Spiritum sanctum renatus est , & inter adoptivos filios Dei adnumeratus , quamvis modò filius diaboli sit imitando diabolum , solliciti ne per neglegentiam pastoralem aliqua de oibis nobis creditis deperiret , pro qua in tremendo ju-